



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XL. Ebel von Segefeld verkauft dem Kloster Marienwalde eine Hufe mit 3
Kossäthen in Göhren, am 10. Dezember 1362.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

XL. Ebel von Segefeld verkauft dem Kloster Marienwalde eine Hufe mit 3 Kossäthen in Göhren, am 10. Dezember 1362.

In nomine domini Amen. Ad rei geste memoriam sempiternam vniuersis Christi fidelibus presentia cognituris. Ego Ebel, dictus de Zegheuelde, presentibus recognosco publice protestando, Quod vendidi presentibus et vendo, Resignauit et in hiis scriptis resigno, Reuerendo domino Joanni, Abbati in Marienwalde, Totique Conuentui ibidem vnum mansum cum tribus cofsatis et cum tertia parte vnus Cofsati situm et sitos in villa Görne cum omnibus libertatibus suis et fructibus, vtilitatibus, pertinentiis et vsufructibus tam in lignis, Stagnis, aquis, paludibus, pascuis, pratis, metis et quibuscunque aliis pertinentiis suis, sicut pater meus et ego predictum mansum et predictos cofsatos dinoscimur habuisse. Renuncio etiam litera in presenti omni Juris adminiculo quo predicta venditio et resignatio possit infringi per me et per meos heredes in futurum quocunque modo. In cuius rei testimonium presens scriptum mei sigilli munimine et fratris mei Henningi dicti de Kaluen duxi roborandum. Actum et datum in Marienwalde, Anno domini M^o. CCC^o. LXII^o, Sabato proximo post festum Conceptionis Beate Marie virginis. Presentibus et testibus honorabilibus viris et discretis Henningo dicto de Kaluen prenominato, Cunrado dicto de Kremfou et Euerhardo dicto Rethfin, famulis strenuis, et aliis quam pluribus fidedignis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 53.

XLI. Janekin von Segefeld verkauft dem Kloster Marienwalde die ihm noch übrigen 7 Hufen und 8 Kossäthen in Göhren, am 30. Januar 1364.

In nomine domini Amen. Actiones, quas mundus ordinat, sepe successus temporis delet, nisi muniantur firmo characteri literarum. Hinc est, quod ego Janekinus dictus de Zegefelde vniuersis Christi fidelibus, ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, cupio fore notum, Quod maturo consilio prehabito et iusto venditionis titulo vendidi presentibus et vendo, Resignauit et in hiis scriptis resigno reuerendo viro domino Abbati in Marienwalde totique Conuentui ibidem septem mansos et octo Cofsatos mihi adhuc superstites in villa Görne cum omni Jure supremo et infimo, cum omni libertate, liberos a seruitio dominorum meorum illustrium principum Marchionum, cum omnibus pertinentiis suis in agris, metis, pascuis, pratis, lignis, rubetis, siluis, aquis, riulis, stagnis, prouentibus, fructibus, vsufructibus, pullis sumalibus et pactualibus et cum aliis vtilitatibus et pertinentiis suis quibuscunque, Ita plane et singulariter, quod nec mihi nec fratri meo remansit seu remanet aliquid seu possessionis seu Juris in villa Görne antedicta, Et sicut ego et pater meus dinoscimur iam dictos mansos habuisse, pro centum et quadraginta marcis monete Stetinensis mihi integraliter numeratis et pagatis et in euidentem meam vtilitatem conuersis et expensis, Renuncians etiam in premisis omni Juris adminiculo tam legis et Canonis, quo predicta venditio per me aut per meos heredes infringi poterit quoquomodo. In euidentem testimonium omnium premisorum sigil-